



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Sponsa fidelis vtî & in quibus sponso suo Christo Iesu conformari debeat.
Can. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Natura
quomodo
regenda sit.

Molestia
quomodo
tenenda.

assumpserant intermittere, atque carnis curam denuo agere coguntur. Proinde in exercitiis tua ac labores iuxta vires tuas moderare, ne teipsam destruas aut nimium graues. Eam ob rem ad sustentandam te ne deficias, placet mihi, ut naturam foueas, refocillesq; infirmitatem tuam, non tamen studio oblectandi, sed vt naturam confortandi, mihiq; in hoc seruiendi, dum instrumentum gratia mea ad meum beneplacitum, ad meum seruitium, & ad operationem meam aptum reddis: semper tamen ad voluntatem meam parata & abundare, & penuriam pati, esse vel sana vel infirma. Ceterum, vbi propter infirmitatem naturæ per discretionem non fueris coacta corpus tuum refocillare, vide ne ex impatientia, in deuotione, proprio amore, in aduersitatibus ac molestijs quas tibi mitto, subterfuga adiuuandum ac te liberandum quæras: sed quas tibi mitto, subterfuga adimplectere, patienter sustine, nemini conquerens, sed longanimiter tolerans, & me expectans. Sine me tecum agere, vt per tribulationem quæ super te cecidit, mea gratia in te boni aliquid operetur. Hæc enim longè est præstantior, multoq; fructuosior, quàm ea quæ tibi ipsi à tua propria voluntate imponitur. Certam namque te esse volo ò filia, quod nullam in te tribulationem vnquam venire sino, quæ non pariat in te boni aliquid, renouetq; spiritum tuum, si modo tu mihi te credens ac dimitteres, in silentio tolerando ac longanimiter me præstolando: quia veniens venio, qui tibi nunquam absors, sed præsto vbique ac semper assido. Cæue igitur ne abijcias quæ tibi mitto ac impono. Ego regam te, tu verò meæ directioni ac prouidentia confidenti, mihi innitere, non tuæ propriæ voluntati. Sine vt ego alij homines te crucifigant. Tu interim non carnem, sed vitia persequere, & sustine quæ tibi occurrunt patienter.

Sponsa fidelis vti & in quibus sponso suo Christo Iesu conformari debeat.

CANON XVI.

Debet sponsa fidelis ad eum amans sui esse sponsa, vt sine illo nunquam esse, illo nunquam velit abesse. In omnibus cupiat se sponso conformare, gaudeatq; vbi se videat simile fieri. Hoc modo tu facias quoque oportet. Considera vitam meam, actus & virtutes, è quibus discas quod diligo, & quid mihi in te placeat. Iam si fidelis esse sponsa vis ò anima, nihil tibi tam esse debet desideratum, quàm mihi placere & conformari. Quocunq; igitur iero, tu desiderata comitari: quicquid egero, stude imitari: quicquid passus fuero, & si data fuerit occasio, gaude mihi conformis fieri. Vide nunc & expende singulas virtutes meas, aut saltem præcipuas, quibus teipsam extimules ad imitandum. Erit tibi in initio labor, ea quæ vitia tua contraria atque deformia sunt, hoc est, vitia tua, prauasq; inclinationes & corruptiones tuas abscindere, mortificare atque eradere. Verùm, vt supra dixi studiosa voluntate & assiduo conatu fiet, vt postea tanquam statu leui abigas, quæ modo ferrea vix lima possis eradere.

Paupertas Christi quanta fuerit quinam ea sit consideranda ac imitanda: quæ item eidem aduersentur.

CANON XVII.

Contem-